UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXXII. Markgraf Johann gestattet der Stadt Salzwedel den Ankauf von 60 Hufen und befreiet diese von Dienst und Bede, am 25. Juli 1315.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54909

Visual Library

quod burgenſibus noue ciuitatis a feſto paſche proximo venturo per quatuor annos immediate ſequentes plenam dedimus libertatem, Ita quod omni anno quadraginta marcas brandenb. argenti ad murum ponent proprie ciuitatis. Nos quoque ipſis ſecundum ipſorum indigenciam et noſtram gratiam annis ſingulis ſubſidium faciemus. Domum etiam, in qua continentur macella, liberam eiſdem dedimus ex gracia ſpeciali. Cum iſto ſunt omnia inter ipſos amicabiliter expedita et in alijs ſine dolo ſeruabitur, ſicut ante vnionem ſeruabatur. Huius facti teſtes ſunt heinricus comes de luchov, buſſo gruwelhut, Cerſtanus de ghere et alii fidedigni. Actum et datum ſub noſtris ſigillis in noſtra preſentia Anno domini M° CCC° quintodecimo, In die beate margarete, in Saltwedel.

Nach dem Original im Stadtarchiv zu Salzwedel Fach 7. No. 22.

LXXI. Markgraf Johann verkauft dem Stephans-Altare in der Marienkirche zu Salzwedel das Eigenthum von einigen Hufen, am 13. Juli 1315.

In nomine Domini Amen. Lapſus temporis actiones abſorberet humanas, ſi non ſcripturarum teſtimonium perhennaret easdem. Hinc eſt, quod nos Johannes, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, recognoſcimus publice in his ſcriptis, quod provido viro, Domino Johanni, dicto de Gorcek, presbytero, ſeniori, vendidimus et in his ſcriptis vendimus debite pro XXI marcis argenti Brandenburgenſis proprietatem unius chori ſiti in villa Buk, in villa Lathecothe unius chori et dimidii et in Lughe viginti modiorum ſiliginis, cum omni libertate, quos choros et proprietatem eorundem dictus ſacerdos appoſuit altari Beati Stephani, ſito in Eccleſia Beate Marie in Saltwedel, perpetuo ad ipſum altare cum omni libertate et ſine ſervitio et absque precaria pheodali ſimpliciter permanendos. Per quam appoſitionem patronis dicti altaris in ſua preſentatione nolumus prejudicium aliquod generari. Et ne huic noſtro et dicti ſacerdotis facto ſalubri quisquam valeat derogare, noſtro ſigillo muniri juſſimus preſens ſcriptum in ſeculorum ſecula valiturum. Teſtes, qui ad hoc vocati ſunt, Illuſtris Domina Anna, Duciſſa Wratizlauienſis, noſtra genitrix kariſſima, nobilis vir Dominus Henricus, Comes de Luchowe, Buſſo Gruwelhut, Johannes, plebanus de Gorlitz, cum aliis pluribus fide dignis. Actum et Datum Saltwedele, Anno Domini Milleſimo CCC. quinto decimo, die beate Margarete virginis.

Nach dem Originale im Salzwed. Archive XXV, 6.

LXXII. Markgraf Johann geſtattet der Stadt Salzwedel den Ankauf von 60 Hufen und befreiet dieſe von Dienſt und Bede, am 25. Juli 1315.

Noverint univerſi, ad quorum notitiam pervenerit preſens ſcriptum, quod nos Johannes, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, ad ſincerioris amicitie unitatem inter prudentes viros cives noſtre utriusque civitatis Soltwedel ſuſcitandam, ipſos cives ejusmodi noſtri

iuuaminis ſolatio duximus decorandas, ut ſexaginta manſos ſolutos nichilominus et liberos exiſtentes ab onere ſeruitii et precarie cujuslibet valeant comparare et comparatos propriis aratris ſupponere, quos poſſunt attingere, et quos aratris propriis attingere non poterunt, hos ad curias ipſis adjicere poterunt competentes. Nec ultra unius miliaris ſpatium ſit ipſis hos manſos emendi facultas, et hos manſos cum quibusdam aliis ſexdecim manſis et uno manſo ab illuſtri principe Domino Hermanno, quondam Marchione Brandenburgenſi, noſtro genitore Kariſſimo, clare memorie, comparatis poſſidebunt titulo vere proprietatis iuxta conſuetudinem iuris ciuitatis ipſi et heredes ipſorum et ſucceſſores temporibus ſine moleſtia ſempiternis. Quandocunque vero hos manſos comparaverint, tunc de quolibet manſo comparato nobis immediate in ſeſto beati Martini annisque deinceps ſingulis, ſicut etiam de Manſis XVII premiſſis ſecerunt et facient, vnum fertonem argenti Brandenburgenſis et noſtris ſucceſſoribus erogabunt. Hos quoque manſos cum lignis, pratis, paſcuis et aliis commodis et vtilitatibus ad ipſos ſpectantibus, dicto titulo proprietatis et jure ciuitatis, vt prehabitum eſt, in ſuis metis et limitibus poſſidebunt. Et vt hec noſtra liberalitas et libertas perpetuo absque calumpnia cujuslibet perſeveret immunis, hanc literam dari iuſſimus, noſtri ſigilli ſignaculo conſignatam, teſtibus ad hoc vocatis Illuſtri Anna, Duciſſa Wartizlauienſi, noſtra genetrice dilecta, nobili viro Domino Heinrico, Comite de Luchov, Boſſone Gruwelhut et Slothekone, noſtre curie dapiferis, Criſtiano de Gherardiſtorp, Borchardo de Berthensleue, Henrico et Conrado de Cracov, Henningo de Vorlant, Buſſone de Milov, militibus, Johanne, Plebano in Gorliz, cum aliis ſide dignis. Datum Euerswolde, per manum Hermanni de Luchow. Anno Domini MCCC quinto decimo, die beati Jacobi Apoſtoli.

Nach dem Orig. des Salzw. Archives III, 15.

Der Ort der Ausſtellung iſt nach dem Original Eberswalde, wie nach dem früheren Abdruck bei Lenz, — nicht Arnswalde, wie nach Gercken's ſonſt verbeſſertem Abdruck in deſſen Cod. VIII, 448.

LXXIII. Markgraf Johann verkauft Güter in Saalfeld und Bock an das Kloſter zum heil. Geiſt in Salzwedel, am 1. Mai 1316.

In nomine Domini Amen. Ad futuram geſte rei memoriam nos Johannes, Dei gratia Marchio Brandenburgenſis et Luſatie, in hiis ſcriptis publice proteſtamur, vendidiſſe ad uſus altaris ſiti in monaſterio ſancti ſpiritus prope Soltwedel, conſecrati in honorem ſancti Cyriaci Martyris et Lucie Virginis duas curias in villa Selvelde, continentes tres manſos ſolventes ſingulis annis tres choros ſiliginis, cum duobus coſſatis pertinentibus ad easdem et duos manſos in una curia in villa Buck ſolventes annuatim unum chorum ſiliginis cum omni proprietate et juſto titulo proprietatis, videlicet cum advocatia et ſervitio in campis, paſcuis, pratis, ſilvis, aquis, ita quod in premiſſis curiis nihil nobis et noſtris heredibus, excepta precaria hereditaria, reſervamus, pro ſexaginta marcis Stendalienſis argenti, transferentes nichilominus omne jus ac omnem proprietatem in illos clericos ſeu ſacerdotes ſeculares, prout ſuperius eſt expreſſum, quibus predictum altare a prepoſito monaſterii premiſſi collatum fuerit tempore oportuno. Hanc vero conditionem interponentes, ut ipſi ſacerdotes bis in qualibet ſeptimana miſſam pro defunctis pro ſalute anime patris noſtri dilecti ſint celebraturi. Teſtes hujus facti ſunt nobilis vir Dominus Hinricus, Comes de Lu-